

fra.ensis in Curia Romana Agens à Sixto IV. impetravit Breve ad Carolum Ducem Burgundiae & Brabantiae, in quo relet s' variis incommodis, quae ex Commendarum usu ipsa Monasteria tam in spiritualibus, quam temporalibus pate- rentur, dicit: se "Commendis hujusmodi, quae non nisi ob gravem Ecclesiarum necessitatem, ac in illarum favorem, cum alias instaurari nequeant, admittenda noscuntur, si- nem imponere cupere; atq; propositi sui esse quantum cum adjutorio Dei possit, ab hujusmodi Commendis & con- cessionibus penitus abstinere," ac deinde ad Ducem se con- vertens ait: "Et sicuti plerisque aliis Principibus Catholicis, quibus pari modo scribimus, Excellentiae tuae notum esse volumus, eandem exhortantes in Domino, ac requirentes, ut sacras nobiscum Religiones conservens, ac conscientiae tuae consulens, quae in supplicando super hujusmodi com- mendis, non parum gravari creditur, nosq; & te à multis molestiis extimens, commendas hujusmodi à nobis pete- te amplius non fatigeris, & nobis de super scribere nolis, quin potius talia petentium ambitiones, sic pro tempore refellas, ut nemo nos & te de super inquietare praesumat. Subjungit deinde haec merito notando: "Et ne suggestio- nibus quorundam movearis, quod propter religiosarum personarum forte corruptos mores, eorum loca secula- ribus commendanda veniant, easdem personas & loca, tam in capite quam in membris reformare, & corrigere multo satius est, quam in commendam & direptionem dare: ad quod faciendum operam adhibere, & diversis per orbem Religionibus scribere decrevimus.

D.tae sunt haec litterae 2. Martii 1476. & juxta copiam authenticam servatam in archivo Patensis editae sunt in Cronologia Patensi cap. 14.

Post haec eodem capite subjicitur Bulla ejusdem Pontificis, qua declarat, liberam electionem Abbatum Ordinis Praemonstratensis spectare ad singulos Conventus; neq; Abbatias Ordinis illius sub ullis quantivis generalibus reservationibus Apostolicis, etiam in Regulis Cancellariae expressis, comprehendij; omnesq; Commendas illarum Abbatiarum quacumq; auctoritate concedendas nullas & irritas declarat.

LIII. Verum ut refertur in dicta Cronologia, Lucas Episcopus Sibinicensis in partibus Belgii Nuntius Apostolicus cum potestate Legati à latere, & Philiberti titulo S. Lucia in Silice Ppesbyter Cardinalis Matiscouensis, ita sub & obre- putate Romae agere sciverunt, ut praescriptis Bullis non obstantibus, eodem an. 1476. à Sixto IV. impetraverit Episco- pus Sibinicensis Abbatiam S. Michaelis, & Cardinalis Ma- tiscouensis, Abbatiam Tongerloensem sibi dari in Commenda.

Hic exurgens Ordo Praemonstratensis ac signanter Theo- doricus Abbas Patensis, causam Ordinis sui prosequens, totis viribus se opposuit, quibus & Ordines Brabantiae, Duces & Principes Patriae se junxerunt; omnique studio & via Commendatarios à capiendi possessione dictarum commendarum impedire studuerunt; uti fultius ibidem narratur: referturque quomodo tandem post quatuor annorum concertationem, nec non septem Bullas in fa- vorem dicti Episcopi Sibinicensis ab eodem Pontifice da- tas, emanaverit Bulla, qua declaratur, in Bullis datis Episcopo Sibinicensi non fuisse sufficienter derogatum pri- vilegiis Ordinis Praemonstratensis; adeoque Episcopo Sibinicensi per reservatorias & alias Bullas nullum jus in Monasterio S. Michaelis administrationem unquam quaesitum fuisse, vel quaeri potuisse; & eadem Commenda pro- ut de facto processit, cassatur, revocatur, irritatur & an- nullatur; & Sibinicensi perpetuum silentium imponitur. Integra Bulla ibidem refertur, additque auctor Cronologia; "Eodem anno 1480. aliam Bullam emisit Pontifex, qua annullat Commendam Abbatiae Tongerloensis datam Car- dinali Matiscouensi.

Sic Commendarum memoria in Belgio quievit usque ad annum circiter 20. praeteriti saeculi, quando (ut narratur in citata Cronologia) Carolus V. Erardo à Marco Episcopo Leodienfi addixit primam vacantem Abbatiam in Commendam; cumque fors cecidisset super Abbatiam S. Michaelis Ordinis Praemonstratensis Antverpiz, Carolus ad eam va-

cantem nominavit dictum Episcopum Leodiensem; cui nomi- nationi fortiter resistuerunt Conventuales dictae Abbatiae. memores eorum quae ob Commendam datam Episcopo Sibini- censi à quadraginta circiter annis facta essent; ac inter alia Carolo exposuerunt, ipsum in suo Lato introitu Abbatibus addidisse & promississe, numquam Abbatiam aliquam danda in Commendam. Quibus aliisq; tandem effectum, ut agente Rege & Episcopo condescendente, mediante aliqua nota- bili pensione Episcopus à praesensione Abbatiae desisterit, & is qui electus à Conventu fuerat, Abbas institutus sit.

Nam ab eo tempore aliquid ultra pro introducendis Commendis in Belgio tentatum sit, nescio; hoc scio, Principes nostros in suo Lato introitu art. 56. promittere, quod nul- las Abbatias, Praelaturas, aut Dignitates Brabantiae dabunt in Commendas, nec jubeant aut sinunt dari ullo modo.

LIV. Ut hoc jus sibi illatum conservent Abbatiae & Monasteria; Abbatelque laicos & Commendatarios exclu- dant; nihil efficacius aut convenientius, quam ut in ipsis Monasteriis habeatur perfecta bonorum omnium ac pro- ventuum communio; & rejecta distinctione seu separatione mensae Abbatialis à Conventuali: quae distinctio (uti ob- servat P. Thomassinus De Disciplina Ecclesiae parte 4. l. 1. c. 3.) pro magna parte occasione Commendis submini- stravit. Deinde ut juxta leges Ecclesiae, intentionem Fun- datorum, nec non Regulas professionis Monasticae, pro- venibus Monasteriorum ita moderatè Abbatel utantur, ut in omni ipsorum suppellectile, aut domo nihil appareat à professione pauperum alienum, vel quod mundi factum redoleat: & quod reliquum fuerit in Christianam hospi- talitatem, & pauperum alimoniam impendant: ut hoc pa- cto re ipsa ostendant, bona Monasteriorum esse patrimonium pauperum, quod sine sacrilegio in usus profanos im- pendi non potest.

CAPUT VIII.

De Electione & nominatione Superiorum.

1. Regula Monastica Monachis dant liberam electionem Abbatibus.
2. His consonat lex Justiniani.
3. Canonem etiam hanc electionem Monachis deferunt.
4. Jure Decretalium electio spectat ad Monachos.
5. In Electione Abbatum servanda forma praescripta in Cap. QUIA PROPTER de Elect.
6. Quae forma servanda in Electione Abbatissa.
7. Qui Praelati eligendi juxta formam praescriptam in Cap. QUIA PROPTER.
8. Quomodo eligendi Abbatel & Abbatissa temporales.
9. An Concilium Tridentinum derogaverit forma praescripta in dicto Cap. QUIA PROPTER.
10. Decretum Concilii Tridentini super forma electionis.
11. Electio censetur secreta, licet Episcopus aliquis deputet ad excipienda vota.
12. An publicatio voti post vel ante electionem, reddat electionem nullam ex mente Concilii Tridentini.
13. Quibus competat electio vel nominatio Superiorum, petendum etiam est ex Regulis & Constitutionibus singulorum Ordinum.
14. In Italia vigore Regulae Cancellariae pleraeque Abbatiae sunt Pontifici reservatae.
15. Regula Cancellaria non concernit nisi Beneficia Regulae perpetua.
16. In Gallia vi Concordati Rex nominat ad Abbatias virorum.
17. Concordatum non comprehendit nisi veros Praelatos, qui habent titulum perpetuum.
18. Hoc titulo Abbatiae triennales à nominatione Regia sunt exemptae.
19. Priores Carthusianorum etiam exempti.
20. Similiter & Cisterciensium.
21. Ordinis SS. Trinitatis quoque sunt exempti, & quare.
22. Videtur separatio mensae Abbatialis à Conventuali occasione dedisse nominationis Regis.
23. Verba Concordati non comprehendunt Monasteria Monialium, usque sicuti nulla extendatur Concordatum.
24. Nominatio Regiana extendatur ad Abbatissas triennales.
25. Neque ad Abbatissas Ordinis S. Francisci: & quare.
26. In quo disciplina Belgica cum jure Gallicano in hac parte conveniant.
27. Principes Belgii Monasterii sapienter liberam electionem adixerunt.
28. Difficultas orta inter Principem & Abbatel occasione indultus Leonis X.

29. Comprehensum fuit in arbitrio.
30. Pendente controversia inter Concordata super forma provi- denti vacantibus Abbatibus.
31. Quomodo hodie juxta hanc formam in electione & nominatione procedatur.

UT Monachi suum eligant Abbatem antiquorum Pa- trum Regulae, nec non Ecclesiasticae ac Civiles San- ctiones jam pridem praescriperunt.

Regula Benedictina cap. 64. "In Abbatibus ordinatione illa semper consideretur ratio ut hic constituitur, quem sibi omnis conventus Congregatio secundum timorem Dei, sive etiam pars, quamvis parva, Congregationis saniori consilio elegerit. Vita autem merito & sapientia doctri- na eligatur, qui ordinandus est, etiam si ultimus fuerit in ordine Congregationis.

Unum circa citatum locum notandum, vocem parva ibi- dem accipi pro voce minor. Hellenismus [ait Vir eudistus Hugo Menardus ad Concord. Reg. c. 5. §. 1.] positum pro comparativo. Id est minor, comparatione ad totum Congre- gationem eligentium, uti rectè notat & explicat Josephus Mege in Commentario ad cap. 64. Regulae Benedictinae.

II. Huic legi Benedictinae planè conformis est sanctio Jus- tiniani Imp. in L. 47. Cod. de Episcopis & Clericis: "Sacris nostris legibus existimavimus oportere & hanc addi; quae ex virtute non autem ex temporalibus Religiosis Abba- tiis seu praefecturas tribuit: ita videlicet ut in piis Mo- nasteriis aut a secleris, non omnimodo mortuo Abbate, vel Abbatissa, si vel ea, qui vel quae tempore antiquior est, aut secundum secundum deinceps eligatur. Contenti- mus enim in natura, neque omnes similiter bonos, neque omnes in aequo facientes malos; sed quem utique & vita optimam, & mores honesti & circa pium exercitium con- stantiam & commune reliquorum Monachorum compli- mentum, aut maxime eorum pars idoneum ad hoc pu- taverit, & Sacris Evangelicis propositis elegerit, ad praefe- cturam vocari.

III. Electionem Abbatel ab Ecclesia Monachis deferri sat manifestum est ex Canonibus relatis à Gratiano caus. 18. q. 2. ubi notat Glossa, quod haec sit secunda pars quaestionis à Gratiano per 7. Canones probata, quod de jure communi ad Monachos tantum spectat electio Abbatum.

IV. Glossam uno consensu sequuti Canonista docent, de jure communi, etiam Decretalium, electionem Abbatum spectare ad Monachos illius Monasterii cui Abbas est praeficiendus; idem & in Priori Conventuali qui in suo Mona- sterio est quasi Abbas [uti supra à dictum fuit] & Abbatissis respectu Monialium obtinere aherunt.

V. Quin & in electione Abbatum, qui scilicet verè intitu- latus, hoc est, perpetui sunt, observandam esse formam electionis praescriptam in Cap. QUIA PROPTER de Elect. communiter asserunt; & late probat Fagnanus ad dictum Capitulum.

VI. Eandem formam servari quoque volunt in electione Abbatissarum, hoc uno excepto, quod electio Abbatissae de- beat fieri à duabus Collegii partibus, nulla habita collatio- ne zeli ad zelum, nec meriti ad meritum juxta Cap. IN- DEMNITATIBUS §. SANE De Elect. in VI. quae collatio- nis quamvis per dictum Cap. QUIA PROPTER requirit videatur; quod requiritur major & sanior pars, hodie tamen in deuetudine abiit; solentque in electionibus vota numerari, non ponderari; nisi ob aliquod Canonicum impedimentum alicujus votum nullari queat.

VII. Haec forma electionis in dicto Capitulo QUIA PROPTER, generaliter servanda est in electione ad omnes dignitates tam Regulares, quam Saeculares, per quas earum possessiones constituuntur, ac dicuntur Sponsi Ecclesiae, & per quorum obitum Ecclesia dicitur viduata: quales repu- tantur inter Regulares, Abbatel & Abbatissas; item Priores & Priorissae Conventuales, eas dignitates in titulum perpe- tuum & ad vitam obtinentes: uti notat Fagnanus ad dictum Capitulum. De forma hujus electionis agemus infra parte 2. ubi de electione ad dignitates tractabimus.

VIII. Abbatel verò & Abbatissae temporales alique Offi-

ciales Monasteriorum titulum perpetuum non habentes, non reputantur Sponsi Ecclesiae, nec per ipsorum mortem Ecclesia dicitur viduata; "ideoq; [ait Fagnanus] in eorum electione non sunt necessariae formae hic [in Capitulo QUIA PROPTER] praefinitae, sed sufficiunt singulares consensus Capitularum, dummodo praesentur in com- muni, & omnibus collegialiter congregatis; & electio fiat à majori & saniore parte Capituli; Haec ille.

IX. Ostendit quoq; ibi dem Fagnanus, Concilium Triden- tinum Sess. 25. c. 6. de Regularib. praescribens formam in electione Regularium observandam, non derogari constituti- oni Concilii Lateranensis, de qua in saepius citato Cap. QUIA PROPTER; sed hanc etiam hodie observari debere in electione Abbatum perpetuum & intituatorum; formam verò à Concilio Tridentino praescriptam in electione aliorum Superiorum Regularium: quod etiam in finibus videtur Con- cilium, ad vocem Abbatum addendo vocem temporalium.

X. Vult ergo Concilium, Sess. 25. de Regular. c. 6. "In elec- tione Superiorum quorumcumque, Abbatum temporaria- rum & aliorum officialium ac Generalium & Abbatissarum, atq; aliarum Praepositarum, quo omnia rectè & sine ulla fraude fiat... omnes supradictos eligi debere per vo- ta secreta: ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Nec in posterum liceat, Provinciales aut Ab- bates, Priores aut alios quoscumq; titulares ad effectum electionis faciendae, constituere, aut voces & suffragia ab- sentium supplere. Si verò contra hujus Decreti Constituti- onem aliquis electus fuerit, electio irrita sit: & is qui ad hunc effectum se in Provinciale, Abbatem aut Priorè creati permiserit, deinceps ad omnia officia in Religione obtinenda, inhabilis existit: facultatesq; super his concessae eo ipso abrogatae censentur; & si in posterum alia concedantur, tamquam subreptitè habeantur.

XI. Reputatur electio secreta ad mentem Concilii, licet Episcopus aut Capitulum designaverit aliquos, qui omnia eligentium vota secreto exciperent, modo postea omnia singulorum eligentium non publicentur; atq; ita censuit Sacra Congregatio, quod in electione Abbatissarum, de qua in c. 6. Concilii Tridentini, possit Episcopus cum suo Vicario vel Secretario, vel alio ab ipso assumpto vota singularium Monialium ore tenus expressè audire; apud Gratianum de Benef. parte 5. c. 4. n. 196. & huic resolutioni praxis hodierna conformis est. Solet enim Episcopi Archiepiscopi & aliosve Commissarios deputare, qui in electione Superiorum excipiant Monialium suffragia; & ea in scriptum redacta secreto Episcopo mittuntur, qui iis visis & com- putatis, electionem publicat & confirmat, nulla facta votorum publicatione.

XII. Quinimo si aliquis eligentium vel ante electionem diceret quem esset electurus; vel post electionem factam publicaret quem elegerit non propterea electio desineret esse secreta & valida, uti à S. Congregatione resolutum esse refert Garcias loco citato n. 196. quia alias in potestate particularium esset, electionem Canonicam sibi non placentium irritare.

Sed neque publicationem votorum factam post electio- nem ac confirmationem ritè peractam, electionem irritare rectè notat Zypaeus Tit. de electione n. 8. "Quamquam enim, ait, id sit ad verius intentionem Concilii, in verbis, nunquam publicentur? tamen extra causam finalem est illius Decreti in verbis: Quae omnia rectè & sine ulla fraude fiunt. Is finis cum electione ritè facta confirmataque obtentus sit, eam quae ex post facto accidit, infectam seu nullam reddere nequeunt.

XIII. Haecenus dicta de jure Conventus in electione Abbatum & Abbatissarum ac aliorum Superiorum procedunt jure communi; à quo per speciales Constitutiones & consuetudines in aliquibus Ordinibus non nihil recessum est; dum electionem seu designationem transtulerunt ad Gene- ralem Ordinis, vel ad Provinciale cum suis Diffinito- ribus seu assistentibus, uti videri potest esse ex singulorum ordinum usu, & particularibus Constitutionibus.

XIV. Adhaec in Italia Abbatum & Priorum perpetuorum

& intenculorum electio hodie ferè cessat, postquam per regulam 2. Cancellaria Pontifex sibi reservat omnia Monasteria...

XV. Hanc regulam non comprehendere Monasteria, quæ ex indulto Apostolico sunt manualia, notat Afcianus Tamburinus de Jure Abbatum tom. 1. disp. 5. q. 2. Neq; de illis Pontifex providere solet; Unde cum Abbatissæ in Italia passim sint triennales ex constitutione Gregorii XIII. non consuevit Pontifex de Monasteriis Monialium providere.

XVI. In Gallia vigore Concordatorum vacantibus Monasteriis & Prioratibus verè electivis, videlicet in quorum electionibus forma Capituli QUIA PROPTER servati, & confirmationes electionum hujusmodi solemniter peti consueverunt, Conventus ad electionem seu postulationem Abbatis seu Prioris procedere non possunt; sed Rex, illorū occurrente vacatione, Religiosum ejusdem Ordinis in ætate 23 annorum ad minus constitutum infra sex menses à die vacationis Sedi Apostolicæ nominat; ut per Sedem Apostolicam Monasterio vacanti de persona nominata provideatur.

XVII. Cum autem Concordatum tantum loquatur de Monasteriis verè electivis, in quorum electionibus servatur forma Cap. QUIA PROPTER, & quorum confirmationes solemniter peti consueverunt, deducitur, Concordatum non comprehendere nisi Abbates & Priores qui sunt veri Prælati, id est, juxta Rebuffum, quorum obitu Ecclesia est viduata Pastore, de quibus supra. Unde si probetur, ait, quod Prior habet aliam supra se, non dicitur Ecclesia viduata; ergo in illo non habebit locum dictum Cap. QUIA PROPTER, nec consequenter Concordatum.

Ad hæc, uti supra notatum est, Abbates & Priores non censentur Sponsi Ecclesiæ, per quorum obitum Ecclesia viduata dicitur, nisi in titulum eumque perpetuum devert; unde etiam Concordatum intelligendum esse, post Rebuffum tradit Coppinus lib. 1. Monast. tit. 1. n. 5. cum civili moderate de perpetuis juribus; perpetui Sacerdotis, non de temporariis Ecclesiæ dignitatibus, quæ vivo abrogari possunt; liquando, ex statuta Ordinis regula ac disciplina.

XVIII. Hoc titulo à Regia nominatione quædam Monasteria Ordinis Benedictini exempta sunt, quod triennis lege teneantur sacre ejusmodi potestates, nec ultra triennium vulgò producantur.

Similiter ibidem testante Choppino, Gulielmus seu Albi Mantellæ Priorem sibi eligunt, eo quod in Ordine Priores sint triennales.

XIX. Regia insuper ad sacrosanctas Potestates nominatio non procedit in Carthusiensibus; Primatum Conventus Monastici, ait Choppinus. Nam et si Primatus purè de mandetur Cœnobitæ, nec præfinitum in tempus; abrogari tamen huic ex causa potest à summo Ordinis Præule, post inspecta lustrataq; regionatim ejusdem familiæ Cœnobita. Singulorum adhæc Conventuum Præfecti ita decernunt, statuuntque de profanis Monasterii redditibus annuis, ut nihil proprium, sed commune in usum omnia referant; quorum etiam Proventuum ratiocinia quotannis medio in cœtu sacrorum sodalium excutiuntur, dispunguntur.

XX. In Ordine Cælestinorum, qui Conventibus singulis præficiuntur, hæud nominantur à Principe, quasi Priores, Conventuales juxta cit. §. Monasterii in Concordatis. ait Choppinus ibidem nu. 7. sed legitimis suffragiis delignantur à Monastico Provinciali Magistratu. Rationem illius subjicit: hi sacro sodalicio præfunt nuda temporarii officii auctoritate verius, quam Beneficii Ecclesiastici; nec privatum suos faciunt fructus Monasticorum prædiorum.

XXI. Ex hisce non obsecutum est, Choppinum hæud dubitalle, eos solos Prioratus, sive Abbatissæ Regiæ nominationi subjacere, qui instar Beneficii Ecclesiastici possidentur; & vi quorum ipsi Priores partem proventuum quasi sibi propriam administrant ac dispensant. Unde probans Ministros Ordinis SS. Trinitatis vulgò de redemptione captivorum esse à Regia nominatione exemptos, inter alia adducit dicti Ordinis regulam qua præcipitur: Omnes res undecumq; li-

citè veniant in tres partes dividantur æquales: & in quantum duæ partes sufficiunt, exequantur ex illis opera misericordiarum, cum sui ipsorum, & eis necessario famulantium moderata sustentatione: tertia verò pars reservetur ad redemptionem captivorum, qui sunt incarcerati pro fide Christi à Paganis, vel dato pretio rationabili pro redemptione ipsorum, vel pro redemptione Paganorum captivorum: ut postea rationabili commutatione redimatur Christianus pro pagano.

Deinde his relatis subjicit: Unde elicias, Cœnobii cuiusque Magistrum seu Ministrum potius vulgò dictum, omnia habere cum Sodalitio communia, nec fructuarium instar Beneficiorum profanos templi redditus privatim dispensare. Quasi diceret, non mirum si ministri hi nominationi Regiæ non subjacent, cum non instar Beneficiorum, sui proventus dispensent.

XXII. Quare credendum est, quod separatio mensæ Abbatialis à Conventuali occasione dederit non tantum introducendis Commendis; sed etiam nominationi Regiæ: dum per hanc divisionem, Abbates facti sunt quasi Beneficiorum, & Abbatissæ & Prioratus transierunt in Dignitates & Beneficia quibus annexum esset jus percipiendi certos proventus: quamquam jam introducta nominatione, etiam extensa fuerit ad Abbatissas quæ hanc divisionem non fecerunt; & in Commendis contigit.

XXIII. Monialium Monasteria Concordato non comprehendunt post Rebuffum notat Choppinus n. 11. Quapropter vi Concordati, Regiæ nominationi nulla Monialium Monasteria subjacent, ut etiam in contradictorio judicio per Senatuum Regium aliquando judicatum esse refert Choppinus; qui tamen observat, sensum nominationem Regiam ad Abbatissas Monialium esse extensam, Regemque personas Monasterio præficiendas Pontifici nominasse, quamvis ipsi Pontifices agrè ejusmodi nominationem admittere noluerint. Ideo videt inquit Rebuffus ad Concordata pag. 559, edit. Paris. 1664. quædam nominationes per Regem factas, in quibus dicebat Papa, providemus tali N. dum modo Monialium majoris & sanioris parces con-sensus intervenierit. Quin & postquam nominatio Regiæ invaluit, adhuc tamen, teste Choppino, in litteris provisioni à Pontifice additur hæc clausula: Dummodo consensus majoris partis Monialium accedat.

XXIV. Ulterius sicuti Regis nominatio vigore Concordati non respicit Abbates aut Priores temporales; ita nec Concordatum extensio postea facta ad Monasteria Monialium comprehendit Abbatissas, aut Priorissas temporales quemadmodum observat Rebuffus.

XXV. Ad hæc, ut illum Regiæ nominationis ad Virginum Monasterii benigne interpretati sunt judices [ait Choppinus l. 1. Monast. tit. 1. nu. 11.] ex animo sensuq; Principis non habere locum in mulieribus Franciscanæ, scilicet Monasteriis, Quamquam enim hortum Magistræ titulo decorantur Abbatum feminarum, communibusq; nunc fruuntur possessionibus, parando victui idoneis; hæud propterea, utiq; à Franciscanis Constitutionibus de-sciverit, quæ singulis propriè quidvis abnuent reu pro-fanarum. Nil quippe Monastica Antistes particulare sibi sumit ex comuni fundorum Ecclesiæ proventu ac redditu, verum annui & ordinarii illorum fructus communem in mensam conventus hæud dubie inferuntur & insumuntur.

Hic rursus videmus, Choppinum exemptionem horum Monasteriorum à Regia nominatione in hoc refundere, quod nulla in Ordinis istius Monasteriis mensa Abbatialis à Conventuali fuit nota divisio.

XXVI. In Belgio, quoad Monasteria Regiæ nominationi non obnoxia, praxis ac usus congruit cum usu Regni Gallicani non autem per omnia quoad Monasteria seu virorum seu mulierum Regiæ nominationi obnoxia.

XXVII. Prælatus enim sive Abbatibus Brabantiaë multoties à Principibus libera electio juxta sanctiones Canonicas & Ordinum Constitutiones, eorumque privilegia addita fuit.

XXVIII. Porro circa initium præteriti sæculi Carolus V. à Leone

à Leone X. obtinuit in altum, ut in his Ditionibus Belgicis nullus ad Dignitates Abbatiales aut quorumcumq; Monasteriorum, etiam per Priores aut Præpositos regi & gubernari solitorum, regimina per Pontificem aut Sedem Apostolicam, seu ejus Legatos & Nuntios præfici; nec illis de quorumcumq; personis quovis modo provideri possit nisi, ait Pontifex, habitis prius per Nos, aut Sedem Apostolicam, intentionem & consensum, tuis de personis ad hujusmodi dignitates & regimina promovendi. Ita est expressum in Bolla prout habetur parte 1. Edictorum Brabantiaë lib. 1. tit. 7. cap. 2. & in citata Cronologia Patensis; at credo legi debere: intentione & consensu tuis; ut sit sensus: Nisi habitis prius per Nos aut Sedem Apostolicam intentione & consensu tuis, de personis.

Vigore hujus Bullæ cum instinctu quorumdam suorum ministrorum vellet Carolus, neglecta Religiosorum liberâ electione nominare personas sibi gratas ad dignitates Abbatiales; unanimitè Abbates & Abbatissas, Præpositi ac Priores Conventuales se opposuerunt; allegantes tum vi suarum fundationum, tum titulo variorum privilegiorum, ac immemorialis consuetudinis, Religiosis competere liberam electionem suorum respectivè Abbatum, Abbatissarum, Præpositorum, & Priorum; neq; huic juri electionis per Bullam ullatenus esse derogatum; imò Bullam in corroborationem ac præservacionem istius juris in favorem Monasteriorum à Carolo fuisse sollicitatam & impetratam: quemadmodum hæc omnia latius deducuntur in Compromisso, quo de consensu Caroli & Abbatum & aliorum hæc difficultas quibusdam arbitris commissa fuit 12. Feb. 1521. Habetur parte 4. Edictorum Brabantiaë lib. 4. tit. 1. cap. 6.

Verum cum questio hæc ob varias difficultates per arbitros non decideretur, tandem sub Philippo II. Caroli immediato successore inita est Concordia super modo Monasteriis vacantibus de Abbatibus providendis, quæ saltem, provisionibus quovisq; questio principalis coram arbitris indecisa pendentes terminaretur, observari deberet. Cum autem questio nec hæcenus decisa fuerit, is modus providendi provisionalis quasi in absolutum transit, atq; hodie juxta illum proceditur. Impressa est hæc Concordia in dicta parte 4. Edictorum loco citato. cap. 12.

XXIX. In hac concordia promittit Princeps, quod, si quando aliqua Abbatiarum vacare contingerit, mittet aliquos Commisarios, duos nimirum ex Abbatibus Brabantiaë ejusdem Ordinis quatenus reperiantur, & quos judicaverit magis idoneos, aut alterius Ordinis illis deficientibus, unâ cum aliquo alio tertio Commisario [qui hodie esse solet Cancellarius Concilii Brabantiaë] qui Commisarii super idoneitate & qualitate Religiosorum ejusdem Monasterii diligenter inquirent, ac informationem suam Principi cum suo avviso [id est iudicio] remittant, ac deinde cum ait Princeps, quem maxime idoneum invenimus, si quis modo idoneus reperiat, desumemus, habitâ ratione tam avvisi eorum Commisariorum, quam vitæ conservacionis & idoneitatis electorum, idque ex depositionibus eligentium, ex quibus constabit, quis ex electis in spiritualibus sit magis idoneus: Et casu quo [pergit Princeps] aliquod canonicum seu legitimum obstiterit impedimentum contra hujusmodi electos seu, ut præfertur, per Religiosos designatos, curabimus novam informationem capi, tam super ejusdem Monasterii quam aliorum ejusdem Ordinis in Brabantiaë successivè Religiosis, ad finem ut ex designatis desumamus seu approbemus, quem reperimus magis idoneum.

XXX. Itaque juxta normam hujus concordiaë, qua hodie hic utimur, Religiosi coram Commisariis Regis aliquos in Abbatem eligunt, sive proponunt idq; ordine illo quo eos ad Prælaturam digniores credunt; atq; tres ex illis pluralitate suffragiorum electos, solent Commisarii suo adjuncto super designatorum capacitate & meritis judicio Principi proponere; de quibus Princeps unum designat, qui Religiosis Capitulariter congregatis per Episcopum vel alium Superiorem auctoritatem confirmandi seu installan-

di habentem proponitur; atque ab ipsis per quamdam imaginem seu speciem electionis in Abbatem recipitur.

XXXI. Eadem forma servari solet in designatione & electione Abbatissarum; sustinentque, Principem vi prædictæ concordiaë non posse nominare nisi unam ex electis & propofitis à Monialibus.

CAPUT IX. De Confirmatione & Benedictione Abbatum.

- 1. Abbates electi vel nominati debent à Superiore confirmari.
2. Abbates à suo Episcopo confirmandi, nisi sint exempti.
3. Interdum Abbates & Superiores electi una consentunt confirmari.
4. A quo confirmatio postulanda juxta Concordata Germanicæ.
5. In Gallia Abbates à Rege in vim Concordati nominati tenentur à Sede Apostolica confirmationem habere.
6. In Belgio aliquando questio suborta fuit circa Abbates à Rege nominatos.
7. Usi obtinuerunt Abbates in Belgio confirmari juxta jus commune & Ordinum particularia privilegia.
8. Quomodo Abbatum confirmatio & provisio expediantur juxta stylum Curia Romanæ.
9. Ex taxa Camera Apostolicæ constat, Abbatissas Belgicas plerâque esse consistoriales.
10. Abbates in vim provisionis Apostolicæ possessionem non accipiunt sine placito Regis.
11. Solemnis Benedictionis Abbatialis nulla in Regulis Monasticis mentio.
12. Verisimiliter una cum Pontificum usu invaluit.
13. Benedictio solemnis non facit Abbatem.
14. Etiam hodie sine illa benedictione potest esse verus Abbas.
15. Ante benedictionem vocatur simpliciter Abbas.
16. A quo benedicendus Abbas.
17. Ritus in multis convenit cum ritu consecrationis Episcopalis.
18. Promittit fidelem reverentiam Monasterii dispensationem.
19. Traditur ei Regula ad regendum Monasterium.
20. Abbatissa etiam solemniter benedicuntur & regere Monasterium juxta Regulam promittunt.
21. Abbatissæ spirituale & temporale regimen Monasterii committitur.

I. Abbates aliosque Monasteriorum Superiores, qui vel per electionem Conventus, vel per nominationem Regiam constituuntur, necessariò à Superiore confirmandos esse, priusquam se administrationi immisceant, uno consensu tradunt Canonistæ ad Cap. QUALITER de Eleccione.

II. Jure communi Abbates non exempti, postquam à suo Conventu fuerint electi, ab Episcopo Diocæsano, cui immediatè subjiciuntur, confirmandi sunt; uti communiter tradunt Canonistæ ad Cap. STATUIMUS de Suppl. neglig. Prælat. Exempti verò confirmationem petere debent à Pontifice; quando scilicet exempti immediatè sunt Papæ subjeti: Secus autem [ait Afcianus Tamburinus de Jure Abbatum tomo 1. disp. 6. quest. 2. num. 2.] si Abbas habet alium Prælatum medium cui subdit, prout Abbates & Prælati locales habentes Abbatem & Prælatum dentem Generalem vel Provincialem à quo confirmantur.

III. Deinde Abbates & Prælati locales qui non per electionem Conventuum eliguntur, sed à Generali cum definitione constituuntur, non indigent confirmatione, ut recedè ibidem n. 4. monet Tamburinus: Quia quando ad eundem spectat electio & confirmatio eodem jure, tunc eo ipso, quod eligit, etiam confirmate censetur.

Hinc in Italia Abbates perpetui, qui à Pontifice consistorialiter designantur, nullâ aliâ indigent confirmatione.

IV. Concordata Germanicæ concedunt, quod in Monasteriis immediatè subiectis Sedi Apostolicæ sicut canonice electiones, quæ ad dictam Sedem deferantur, quæ etiam ait Nicolaus V. ad tempus constitutionis, felicis recordationis Nicolai Papæ III. quæ incipit Cupientes, expectabimus, & elapso dicto termino, si non præsentate, vel si præsentate minus canonice fuerint, providebimus, & si canonice fuerint, confirmabimus. Et in Monasteriis dictæ Sedi immediatè non subiectis & aliis regulatibus beneficis,